



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 3. Leodiensis a novo Burgundiæ Duce bello invasi

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

animi, magnanimitatem, atque justitiam Sæcul. XV.  
longe celeberrimus; id tamen illi jure vi- A.C. 1467.  
tio vertitur, quod obſcænis voluptatibus  
nimium deditus, furtivo concubitu octo  
filios, unamque filiam sustulerit. Tres  
conjuges habuit, ex quibus nonnisi du-  
os suscepit filios, alterum præmatura  
morte vix non in cunis eruptum, alterum  
vero Carolesii Comitem, quem deinceps  
Burgundiæ Duce appellabimus; Hic  
successit in amplissimas Patris sui ditio-  
nes unicus hæres, tunc circiter triginta  
quatuor annos natus; Ast Patri suo longe  
dissimilis; quippe fundendi sanguinis ac  
vindictæ cupidus, animo turbidus, am-  
bitiosus, sine lege liberalis, ac rursum  
sine modo avarus, ingenio rudis, & a  
molitie alienus erat. Ceterum Mulie-  
rum blanditias exhorrebat, legumque  
fuarum accerrimus vindex, transgresso-  
res severe puniebat.

§. III.

*Leodienses a novo Burgundiæ Duce  
bello invasi.*

Carolesius, jam Burgundiæ Dux, adeo *Comm. l. 4.*  
infensum in Gallos gerebat animum, *Gag. hist.*  
ut, quicunque a Francia protegeretur, *Franc. l. 18.*  
hoc solo nomine Ducus præsidio excide-  
ret, ac ipsius indignationem in caput  
fuum accerferet. Enimvero potissimum  
Q 4   hæc

**Sæcul. XV.** hæc cauſſa Ducem impulit, ut ipſo Prin-  
 A C. 1467. cipatus ſui initio bellum adverſus Leo-  
 dienes redintegraret. Dinando enim  
 urbe jam Anno millesimo quadringente-  
 ſimo ſexagesimo quinto vi capta, Leo-  
 dienes magno eorum diſpendio ad con-  
 cordiæ leges ſecum ſanciendas compu-  
 lerat: Hi tamen, Burgundo nequaquam  
 sincera fide reconciliati, mox comperto  
 Philippi Ducis obitu, denuo ad arma  
 convolarunt, ac Hayum oppidum cepe-  
 runt. Dux cum inveterato in eos odio  
 flagraret, ac Ludovicum Francorum Re-  
 gem eisdem favere iniquo prorsus ferret  
 animo, novos eorum iuſtus ſevere ca-  
 ſtigare decrevit. Ludovicus XI. horum  
 cauſſam in ſe fuſcipit, & Connestabilem  
 S. Pauli, necnon Joannem Balves non  
 ita pridem Cardinalibus adſcriptum able-  
 gat, qui Ducem, ne Leodieneſes bello  
 oppriemeret, exorarent: Verum, nihil  
 proficientibus eorum precibus, Regis ſui  
 nomine polliciti ſunt, Ludovicum haud  
 ultra Leodiensibus auxilio futurum, ſi  
 & ipſe deinceps a tuendis Britanniæ  
 Ducis partibus recederet. Ast hac quo-  
 que conditione a Duce repudiata, Ora-  
 tores ad Regem re infecta reversi ſunt.

§. IV.